DE PERFECTIONE IUSTITIAE HOMINIS TRACTATUS BEATI AUGUSTINI EPISCOPI QUI DE...

Aurelius santo Augustinus (santo)

CHRISTIANO LECTORI HVMILITATEM ANIMI.

QVoniam diuerſa admodum eſt ſententia Chriſtiane lector, & pugnax adeo ſtudiũ, inter Theologicæ rei ſtudioſiſ: quoſq̃, de peccati & Iuſtitiæ ratione, viſi ſumus operæ facturi precium, ſi ſuper ea re Auguſtini ſententiam aperirem⁹. Qui cũ paſſim alibi, tum in hoc maxime libello (cui de perfectiõe Iuſtitiæ hominis titulum inditum legimus) tractat, neminem q̃tũcũq̃ ſanctum iuſtum ve habitum, corporea mole preſſum, vitio carere poſſe, quando in confeſſo ſit omnib⁹, charitatem etiam ſanctiſſimo cuiq̃ in terris degenti, non poſſe obtingerę omnibus ſuis numeris abſolutam, hoc eſt, quod dicũt, in ſummo et perfecto gradu, ſi vnum illum iuſte purum, pureq̃ iuſtum excipias, qui eſt ſpecioſus forma præ filijs hominum, et in cuius ore mendatium inuentum eſt nullum. Quã tamen (etſi haberi nequeat) habemus preceptam, vt exauditis precationibus noſtris, per fidem in Chriſti promiſſa reddamur Iuſti, & per minime fucatam noſtræ & humilitatis & infirmitatis confeſſionem efficiamur veraces, qui ad noſtra vertentes oculũ, mendaces reperimur omnes. Suſcipe itaq̃ obuijs (quod dicitur) vlnis. B. Auguſtini nũq̃ ſatis laudati Theologi (vt verbulo tam Auguſti viri laudes complectar) cum Celeſtio hãc quam emittimus diſputationem, in qua, ceu in ſpeculo, contemplari licebit, q̃ nõ tota aberrent via, q peccari aſtruunt in quolibet etiam bono opere, idq̃ ob Charitatis defectum, quem & vitium & peccatũ appellare nuſq̃ prohibet ſcriptura. Qz ſi hic vehementiorẽ authoris animum deſideres quãtũ attinet ad propoſiti noſtri ſcopũ licebit circuli hui⁹ abſolutionem (vt ſic loquar) ex aliquot hic citatis locis conquirere Tantũ candido (quę damus) animo lege, lecta tecum in animo recolligito, recollecta ſi minus voto faciant ſatis citata adito loca male pereã, ſi male huic rei collocatæ operæ, vnq̃ ex vero ſis quęriturus, vale, & ſtudium noſtrum cãdide interpreteris precor Ex cubiculo noſtro. M.CCCCC.XII.

¶INCIPIT TRACTATVS.B.AVGVSTINI EPISCOPI DE PERFECTIONE IVSTITIAE HOMINIS.

¶Sanctis fratribꝰ & coepiſcopis Eutropio & Paulo: Auguſtinus.

CHaritas veſtra quę in vobis tanta eſt & tam ſancta, vt etiam iubenti ſeruire delectet, petiuit vt diffinitionibus que dicũtur Celeſtij eſſe reſpondeã. Sic enim pręnotata eſt eadẽ cartula quã dediſtis: diffinitiones vt dicitur Celeſtij. Quæ pręnotatio credo ꝙ nõ illius ſed eoꝶ ſit/q hoc attulerũt e Sicilia vbi celeſtius nõ eſſe perhibetur, ſed multi talia garriẽtes, & ſicut ait apoſtolus ipſi errãtes & alios in errorem mittẽtes. Ex illius tamen hoc eſſe doctrina vel etiã quorundã ſocioꝶ eius & nos poſſumꝰ arbitrari. Nã neq; iſtę breues diffinitiones vel potius ratiocinationes ab illius abhorrẽt ingenio: qđ in opere eiꝰ alio inſpexi: cuius eum conſtat eſſe auctorẽ. Et non fruſtra iſtos fratres qui hęc attulerũt in Sicilia exiſtimo audiſſe: ꝙ ipſe docuerit iſta vel ſcripſerit Vellem autẽ (ſi poſſem) ita obtẽperare veſtræ fraternę beniuolẽtiæ: vt etiã ego tã breuiter reſpõderem Sed niſi & illa cõmemorẽ quibus reſpõdeo: quis poterit queadmodum reſponderim iudicare? Conabor tñ q̃tum valuero (adiuuantibus me apud domini miſericordiam etiam orationibus veſtris) vt nõ vltra q̃ neceſſe eſt meus ſermo precurrat. Ante omnia inquit interrogandꝰ eſt qui negat hominem ſine peccato eſſe nõ poſſe: quid ſit quodcunq; peccatum quod vitari p̃t aut quod vitari non poteſt? Si quod vitari non poteſt: peccatum non eſt. Si quod vitari poteſt, poteſt homo ſine peccato eſſe quod vitari poteſt. Nulla enim ratio vel iuſtitia patitur ſaltem dici peccatum: quod vitari nullo modo poteſt Reſpondemus, vitari poſſe peccatum. ſi natura viciata ſanetur gracia dei per IHESVM CRISTVM dñm noſtrũ In tantum enim ſana non eſt in q̃tum id quod faciendum eſt aut cœcitate non videt, ã infirmitate nõ implet, dum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum & ſpiritꝰ ad

Quid ſit peccatum quod vitari poteſt & quod non poteſt vitari.

Quatenus ſana nõ ſit natura noſtra.

uerſus carnem, vt ea quæ vult homo non faciat. Iterum quę

Peccatũ voluntatis ne ſit an neceſſitatis.

rendum eſt inquit Peccatum an voluntatis an neceſſitatis eſt? Si neceſſitatis eſt/peccatum non eſt, ſi voluntatis eſt, vitari po teſt. Reſpondemus quod ſupra: & vt ſanemur, inuocemus

Quid ſit peccatum naturale ne an vero accidẽs

eũ cui dicitur in Pſalmo De neceſſitatibus meis educ me. Iterũ inquit quærendum eſt. Quid eſt peccatum? Naturale/an acci dens? Si naturale, peccatum non eſt. Si autem accidens eſt re cedere poteſt, & quod recedere poteſt/ vitari poteſt, & quod vitari poteſt, poteſt homo ſine eo eſſe quod vitari poteſt? Reſ pondetur naturale non eſſe peccatum, ſed naturę pręſertim vi ciatæ. Vnde facti ſumus natura filij iræ: parum eſſe ad nõ pec candum voluntatis arbitrium, niſi adiuta ſanetur, gratia dei ꝑ IHESVM CHRISTVM dominum noſtrum. Iterum

Vtrũ ſit pctm res ne an actus.

ait quærẽdum eſt, Quid eſt peccatum? Actus an res? Si res eſt/ auctorem habeat neceſſe eſt, & ſi auctorem habere dicitur, iam alter præter deum rei alicuius auctor induci videbitur. At ſi hoc dici impium eſt: confiteri neceſſe eſt peccatum omne, actũ eſſe non rem. Si igitur actus eſt ymmo quia vere actus eſt: vi

Peccatũ actus eſt vt claudicatio loripedis.

tari poteſt Reſpondemus, peccatum quidem actum dici & eẽ non rem. Sed ſicut etiam in corpore claudicatio eadem, ratione actus eſt nõ res: quõ res? pes ipſe vel corpus vel homo eſt, qui pede viciato claudicat. Nec tñ vitari poteſt claudicationem, ni ſi habuerit ſanatum pedem. Quod etiam in interiore homine fieri poteſt ſed gratia dei Per dominum noſtrum IHESVM CHRISTVM. Ipſum ſanæ vitium quo claudicat homo nec pes eſt nec corpus nec homo nec ipſa claudicatio, quæ vtiq; nõ eſt quando non ambulat, cum tñ inſit vitium quo fit claudica tio quando ambulat. Quærat ergo quod eidem vicio nomen imponat? vtrum rem velit dicere an actũ, an rei potius qualita tem malam? qua deformis actus exiſtit/Sic & in homine inte riore animus res eſt, rapina actus eſt, auaricia vitium eſt, id eſt qualitas ſecundum quam malus eſt animus etiam quãdo nihil agit vnde auariciæ ſuæ ſeruiat: etiam quando audit non concu

Per fidẽ ſanatur vitium animę.

piſces, ſeq; vituperat, & tñ auarus manet, ſed per fidem reno uatur.i. ſanatur de die in diem, nec tñ niſi gratia dei Per IHE

SVM CHRISTVM dominum noſtrum. Iterum inquit quærendum/vtrum ne debeat homo ſine peccato eſſe? Procul dubio debet, Si debet, poteſt, ſi non poteſt, ergo nec debet. Et ſi non debet, homo eſſe ſine peccato, debet ergo eſſe cum peccato & iam peccatum non erit: ſi illud haberi debere conſtiterit. Aut ſi hoc etiam dici abſurdum eſt, confiteri neceſſe eſt debere hominem ſine peccato eẽ, & conſtat eum aliud nõ debere q̃ poteſt.

An debeat hõ eſſe ſine peccato.

Reſpondetur eadem ſimilitudine qua ſuperius iam reſpondimus. Cum enim videmus claudum qui ſanari poteſt, recte vtiq; dicimus, debet eſſe homo iſte ſine claudicatione, & ſi debet poteſt: nec tñ cum vult continuo poteſt, ſed cũ fuerit adhibita curatione ſanatus: & medicina adiuuerit voluntatem hoc fit in interiore homĩe quod ad peccatum attinet tanq̃ eius claudicationem, per eius gratiam qui venit non vocare iuſtos ſed peccatores, quia non eſt opus ſanis medicus ſed male habẽtibus.

Solutio.

Vt loripes non pt rect⁹ icedere. niſi curato vitio cũ tñ debeat ita neq; nos pctõ carere poſſim⁹ niſi gřa curati/cũ debeam⁹ tñ ſine peccato eſſe.

Iterum ait quærendum eſt, vtrum ne præceptum ſit homini ſine peccato eſſe? Aut enim nõ poteſt, & præceptum nõ eſt, aut quia præceptũ eſt poteſt. Nam cur præciperetur, quod fieri omnino nõ poſſet? Reſpondetur, conſultiſſime homini præcipi vt rectis paſſibus ambulet, vt cum ſe non poſſe pſpexerit/medicinam requirat, quę interioris hominis ad ſanandã claudicationẽ peccati, gratia dei eſt per IHESVM CHRISTVM dominum noſtrum.

An pceptũ ſit vt hõ ſit ſine pctõ.

Propterea pcipimur eſſe ſine pctõ cũ id p nos fieri neq̃at vt medicinã requiram⁹ egroti.

Iterum ait quærendum eſt. An velit hominem deus ſine peccato eſſe. Procul dubio vult, & procul dubio poteſt. Quis enim tam demens? vt vel dubitet fieri poſſe, quod deum velle non dubitet? Reſpõdetur, ſi nollet deus hominem ſine peccato eſſe, non mitteret filium ſuum ſine peccato qui ſanaret homines a peccatis hoc fit in credentibus & proficientibus renouationæ interioris hominis de die in diem, donec fiat perfecta iuſtitia tanq̃ ſanitas plena.

An de⁹ velit hominem eſſe ſine peccato.

Qui credit 7 pficitur renouatione interioris hoĩs is ſanatur.

Iterum ait quærendum eſt. Quomodo vult deus hominem eſſe cum peccato? an ſine peccato? procul dubio non vult eſſe cum peccato. Q̃ta impietatis blaſphæmia ſit, cogitandum eſt, vt dicatur hominem poſſe eſſe cum peccato quod deus non vult, & negemur poſſe eſſe ſine peccato/quod deus vult. ❧

An de⁹ nolit hominẽ eẽ cũ pctõ.

Quaſi quem ad hoc deus creauerit vt poſſit eſſe quod nolit. & non poſſet eſſe quod velit, & non contra ſuam magis q̄ ſecundum ſuam exiſteret voluntatem, iam ſuperius reſpōſum eſt Sed addēdū video ꝙ ſpe ſalui facti ſumus. Spes autē (quę videtu(rnon eſt ſpes. Qđ enim videt quis quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus: per pacientiam expectamus. Tunc ergo plena iuſtitia eſt, quando plena ſanitas, tunc plena ſanitas quando plena caritas. Plenitudo enim legis charitas. tunc autē plena caritas: quando videbimus eum ſicuti eſt. Neq; enim erit quod addatur ad dilectionem, cum fides peruenerit ad viſionem. Iteꝝ querendū eſt inquit. ꝑ quod efficitur homo cū peccato? Per naturæ neceſſitatem, an per arbitrij libertatem? Si per naturę neceſſitatem culpa caret. Si per arbitrij libertatem. querendum eſt a quo ipſam arbitrij libertatem acceperit? Proculdubio a deo Deus autem quod dedit certe bonum eſt, negari enim non poteſt. Qua igitur ratione bonum probatur? ſi magis ad malum q̄ ad bonum pronum eſt? Magis enim ad malum q̄ ad bonum pronum eſt, ſi homo per illud poteſt eſſe cum peccato. & non poteſt eſſe ſine peccato Rn̄detur per arbitrij libertatem factum vt eſſet homo cum peccato: ſed iam pœnalis vicioſitas ſubſecuta ex libertate fecit neceſſitatem. Vn̄ ad eum fides clamat. de neceſſitatibus meis educ me. Sub quibus poſiti, vel non poſſumus quod volumus intelligere. vel quod intellexerimꝰ volumꝰ nec valemus implere Nam et ipſa libertas credētibus a liberatore promittitur. Si vos (inquit) filius liberauerit tūc vere liberi eritis. Victa enim vitio in quod cecidit voluntate caruit libertate natura. Hinc alia ſcriptura dicit. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Sicut ergo nō eſt opꝰ ſanis medicus, ſed male habentibus, ita non eſt opus liberis liberator ſed ſeruis, vt ei dicat gratulatio libertatis. Saluam feciſti de neceſſitatibus animam meam. Ipſa enim ſanitas eſt vera libertas, que non periſſet ſi bona permanſiſſet voluntas. Quia vero peccaūit voluntas ſecuta eſt peccantem peccatū

Spe ſalui facti ſumus.
Charitate perfecta plena eſt ſanitas.
In hac carne non eſt perfecta charitas et proinde neq; plena ſanitas reliquū eſt ergo vt viciū adſit.
An peccetur ex nature neceſſitate aut arbitrij libertate.
Per libertatē arbitrii peccauimꝰ q̄ pꝰ pctm̄ verſa ē in neceſſitatem.
Unde repetēda amiſſa libertas.
Cuiꝰ ſumꝰ ſui.
Liberis non eſt opus adiutor ſꝫ ſeruis.
Peccatū libere volūtatis ſubſe:

[margin: ...uita ē dura peccādi neceſſitas]

habendi dura neceſſitas, donec tota ſanetur infirmitas, & accipiatur tanta libertas, in qua ſicut neceſſe eſt, permaneat beatę viuendi voluntas: ita vt ſit etiam benę viuendi & nūq̄ peccandi voluntaria felixq; neceſſitas. Proinde (inquit) deus bonum hominem fecit: & poſtq̄ illum bonum fecit, bonum ei inſuper vt faceret imperauit. Q̄ impium vt cōfiteamur hominem malum eſſe, quod nec factus eſt, nec ei pręceptum eſt, & negemus eum bonum poſſe eſſe quod factus eſt, & quod ei vt faceret imperatum eſt.

[margin: Qui hoīem primū fecit bonum deus iā vt ſit bonus reficit.]

Reſpondemus, quia ergo non ſe ipſe homo, ſed deus bonū hominem fecit, deus eum non ſe ipſe vt ſit bonus reficit, dum volentem credentem inuocantem liberat a malo quod ſibi ipſe fecit. Hoc autem fit dum gratia dei Per IHESVM CHRISTVM dominum noſtrum renouatur homo interior de die in diem: vt ad ſempiternam nō pœnam ſed vitam reſurgat homo exterior nouiſſimo die. Iterum ait querendum eſt Quot modis conſtet omne peccatum? Duobus niſi fallor: Si aut illa fiant que prohibentur aut illa non fiant quæ iubentur. Tam certe omnia illa quę prohibita ſunt vitari poſſunt, q̄ quę præcepta ſunt perfici. Nam fruſtra aut prohiberetur aut iuberetur quod vel caueri vel impleri non poſſet. Et quomō negabimus hominem eſſe poſſe ſine peccato, cum confiteri neceſſe ſit eum tam omnia illa que vitantur poſſe cauere q̄ quæ imperantur efficere?

[margin: Quot modis cōſtet omne pctm̄.]

Reſpondemus, multa eſſe in ſcripturis ſanctis diuina pręcepta quæ omnia commemorare nimis operoſum eſt. Sed dominus (qui verbū conſummans & breuians fecit ſuper terram) in duobus præceptis dixit legem prophetaſq; pēdere, vt intelligeremus quicquid aliud diuinitus pręceptum eſt/in his duobus habere finem, & ad hæc duo eſſe referendum. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & diliges proximum tuū tanq̄ te ipſum. In his (inquit) duobus pręceptis, tota lex pēdet & prophetę Quicquid ergo dei lege prohibemur quicquid iubemur facere, ad hoc ꝓhibemur & iu

[margin: Quicquid pceptū eſt ad dilectionis gemine pceptū ē referēdū]

[margin: Ut dilectionis pceptū ꝯplcam⁹]

Generalis ꝓhi‍bitio nō cocupiſces.
Generalis iuſſio diliges.

bemur vt duo iſta compleamus. Et forte generalis prohibitio
eſt. Non cōcupiſces. Et generalis iuſſio, diliges, Vnde breuiter
& apoſtolus Paulus quodam loco vtrumq; complexus eſt.
Prohibitio eſt enim, nolite conformari huic ſæculo Iuſſio autē,
ſed reformamini in nouitatę mentis veſtrę. Illud pertinet ad nō
concupiſcere. Hoc autem ad diligere/illud ad continētiam, hoc
ad iuſtitiam, illud ad declinandum a malo, hoc ad faciendum bo

Nō cōcupiſcendo exuitur vetuſtas & diligendo induitur vite nouitas.
Nēo ē ꝯtinēs niſi dn̄s det & itē caritatē īfūdit ſps

num. Non concupiſcēdo enim vetuſtate expoliamur, & no-
uitate induimur diligendo. Sed nec quiſq̄ poteſt eſſe continens
niſi deus det. Et caritas dei diffunditur in cordibus noſtris, non
per noſipſos ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Hoc
autem fit de die in diem, in hijs qui volendo credendo & inuo-
cando proficiunt, & prȩterita obliuiſcentes, in ea quæ ante ſunt

Cur hec ꝓcepta ſint a lege q̄ impleri ab homine nequeant.

extenduntur. Ad hoc enim lex iſta prȩcipit: vt cum in hijs im-
plendis homo defecit, non ſe extollat ſuperbia tumidus, ſed ad
gratiam confugiat fatigatus/ac lex ſic eum terrendo ad CHRI
STVM diligendum pedagogi perducat offitio. Iterū quæ

Volūtate nec a natura hō non poſſit eē ſine pcō

rendum eſt inquit. Quomodo non poteſt homo eſſe ſine pecca
to voluntate/an natura? Si natura peccatum non eſt. Si volun-
tate perfacile poteſt voluntas voluntate mutari? Reſponde-

Facile dei gr̄a volūtas praua i bonā mutatur.

mus ammonētes eſſe cogitandum, quanta ſit iſta preſumptio q̄
dicitur non ſolum poſſe quod quidem adiuuante dei gratia ne-
gandum non eſt, ſed etiam perfacile poſſe voluntatem volun-
tate mutari: Cum dicat apoſtolus Caro concupiſcit aduerſus ſpi

Notēt hec Juſtitiarij nr̄i Rabbini.
Cōcupiſcentia carnis ē culpabilis et viciosa.

ritum & ſpiritus aduerſus carnem, hæc enim inuicem aduerſan
tur, vt non ea quæ vultis faciatis. Nō enim hæc ait inuicē aduer
ſantur vt quę poteſtis facere nolitis, ſed vt nō ea quæ vultis fa
ciatis. Cur itaq; cōcupiſcentia carnis (quæ vtiq; culpabilis atq;
vicioſa eſt, nihil eſt aliud q̄ deſiderium peccati, quod idem apo-
ſtolu præcepit ne regnet in noſtro mortali corpore, vbi ſatis
oſtendit eſſe tn̄ in noſtro mortali corpore quod permittēdum
non ſit vt regnet? Cur ergo iſta concupiſcentia non mutata eſt
ea voluntate quam voluntatem ſatis euidenter expreſſit apo-
ſtolus dicens vt non ea quæ vultis faciatis, ſi facile poteſt volū-

tas voluntate mutari? Nec ſane iſto modo naturam ſiue ani-
mæ ſiue corporis quam deus creauit,& quæ tota bona eſt ac-
cuſam⁹:ſed eā dicim⁹ quę propria volūtate viciata eſt,ſine dei
gratia ,non poſſe ſanari.Iterum ait, quærēdum eſt.Si non po
teſt homo ſine peccato eē?cuius culpæ eſt,ipſius ne hominis,
aut cuiuſlibet alterius? Si ipſius hominis ,quomodo culpa
hominis eſt,ſi hoc non , eſt quod eſſe non poteſt?Reſponde-
mus,ideo eſſe hominis culpam,ꝙ non eſt ſine peccato , quia
ſola hominis voluntate factum eſt,vt ad iſtam neceſſitatē ve
niret,quam ſola hominis voluntas,ſuperare non poſſit. Iteꝝ
autem quærendum eſt.Si natura hominis bona eſt(quod nul
lus negare niſi Marchion autManichæus audebit)quō igitur
bona eſt,ſi malo carere ei non eſt poſſibile?Omne enim pec-
catum malum eſſe quis dubitet?Reſpondemus,& naturā ho
minis bonam eſſe,& eam malo carere poſſe. Nā ideo clama-
mus,libera nos a malo. Quod non perficitur, q̄ diu corpus
quod corrumpitur,aggrauat animam.Sed hoc agitur gratia
per fidem,vt aliqñ dicatur,vbi eſt mors contentio tua ? vbi
eſt mors aculeus tuus?aculeus autem mortis, peccatum, vir-
tus vero peccati lex,quoniam lex,prohibendo auget pecca-
ti cupiditatem,niſi diffundat ſpiritus charitatem, quæ plena
& perfecta tunc erit,cum videbimus facie ad faciem.

Cuiꝰ culpe eue-
niat vt hō ſine
pctō eēnō poſſit

Quō natura q̄
bona eſt carere
malo nequeat.

Nā hoīs bona z
tñ malis eſt ob
noxia.

Aculeꝰ mortis
peccatū ʒ virtus
pcti lex.
Lex auget pctm̄

Et hoc inquit dicendum eſt,certe iuſtus deus,negari enim nō
poteſt.Imputat autem deus homini omne peccatum. Et hoc
quoq̧ confitendum puto,quia neq̧ peccatum eſt , quidquid
non imputabitur in peccatū.Et ſi ſit aliquod peccatum,quod
vitari non poſſit ,quomodo iuſtus deus dicitur? ſi imputare
cuiq̄ creditur,quod vitari non poſſit?Reſpondemus,iā olim
contra ſuperbos eſſe clamatum,beatus vir,cui nō imputabit
dominus peccatumNon enim imputat his, qui fideliter ei di-
cunt.Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus de-
bitoribus noſtris.Et iuſtæ non imputat,quia iuſtum eſt quod
ait.In qua mēſura menſi fueritis,in eadē remetietur & vobis
Peccatū eſt autem,cum vel non eſt caritas que eſſe debet,vel

non imputatur
pctm̄ ye q̄ fidelı
ter dicūt remit-
te nobis debita.

minor eſt q̄ debet, ſiue hoc vitari voluntate poſſit, ſiue nō poſſit. Quia ſi poteſt, præſens voluntas hoc facit. Si autem non poteſt, præterita voluntas hoc facit, & tamen vitari poteſt, nō qn̄ voluntas ſuperba laudatur, ſed quando humilis adiuuatur.

Poſt hæc ille qui ſcripſit iſta, introducit perſonam ſuam, quaſi cum altero diſputantem, & facit ſe interrogari, & quaſi ab interrogante ſibi dici. Das mihi hominem ſine peccato? Et reſpōdet. Do tibi qui eſſe poſſit. Et rurſus, ab interrogante dicitur ei. Quis eſt? Et reſpondet. Ipſe, tu. Qꝫ ſi dixeris (inquit) ego eſſe non poſſum, reſpondendum eſt. Cuius culpa eſt? Qꝫ ſi dixeris mea, dicendum eſt, & quomodo tua eſt? ſi ipſe ſine peccato eſſe non potes? Iterum facit ſe interrogari & dici ſibi. Tu ipſe ſine peccato es, qui dicis hominem ſine peccato eſſe poſſe? Et reſpōdet, ꝙ nō ſum ſine peccato. Cuius culpa eſt? Qui ſi dixerit (inquit) tua eſt, reſpondēdum eſt, quomodo mea? ſi eſſe non poſſum? Reſpondemus, nullum cum eis de hĳs verbis eſſe debere conflictum: quia non eſt auſus dicere, eſſe hominem ſine peccato, vel aliquem vel ſeipſum, ſed tantummodo eſſe poſſe reſpōdit, quod neꝗ nos negamus, quando autem poſſit, & per quē poſſit: hoc quæritur. Si enim modo eſt, non omni animæ fideli poſitæ in corpore mortis orandum eſt, & dicendum, dimitte nobis debita noſtra: cū iam in ſancto baptiſmo, vniuerſa fuerint dimiſſa præterita. Quiſquis autem membris fidelibus Criſti, hoc non eſſe orandum perſuadere conatur: nihil aliud, q̄ ſe ipſum chriſtianum, non eſſe profitetur. Porro, ſi per ſeipſum poteſt homo eſſe ſine peccato, ergo CHRISTVS gratis mortuus eſt? Non autem gratis mortuus eſt CHRISTVS. Non ergo poteſt homo eſſe ſine peccato, etiam ſi velit, niſi adiuuetur gratia dei/ Per IHESVM CHRISTVM dominum noſtrum. Quod vt perficiatur, & nunc in proficientibus agitur, & omnino implebitur, contentione mortis abſumpta, & charitate quæ credendo & ſperando mittitur, videndo & obtinendo perfecta.

Reſpondetur Cœleſtino.

Præclariſſime aug⁹ ps. 118. ſer. 3. quē vide Chriſtiane lector.

Deinceps inſtituit diuinis teſtimonijs agere quod intendit, quod quale ſit diligentius aduertamus. Teſtimonia (inquit) quibus probatur præceptũ eſſe homini, vt abſq; peccato ſit? Ad hoc reſpondemus, non vtrum præceptum ſit quæritur, quod valde manifeſtum eſt, ſed hoc ipſum quod præceptum eſſe conſtat, vtrum in corpore mortis huius poſſit impleri, vbi caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non ea quæ volumus faciamus.

De quo corpore mortis huius, non omnis liberatur, qui finit hanc vitam, ſed qui in hac vita ſuſceperit gratiam, & ne in vanum ſuſcipiat, bonis operibus egerit. Aliud enim eſt exire de hoc corpore, quod omnes homines dies vitæ huius vltimus cogit. Aliud eſt autem liberari de corpore mortis huius, quod ſola dei gratia per IHESVM CHRISTVM dominũ noſtrum, ſanctis & fidelibus eis impertit. Poſt hanc autem vitam merces perficiens redditur, ſed eis tantum, a quibus in hac vita eiuſdem mercedis meritum comparatur.

Aliud eſt exire de hoc corpore, aliud liberari de corpore mortis.

Non enim ad ſaturitatem iuſtitiæ cum hinc exierit quiſquam perueniet, niſi ad eam hoc eſt, eſuriendo & ſitiendo cucurrerit. Beati quippe, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Quãdiu ergo peregrinantes a domino per fidem ambulamus, non per ſpeciem. Vnde dictum eſt. Iuſtus ex fide viuit. Hæc eſt noſtra in ipſa peregrinatione iuſtitia, vt ad illam perfectionem plenitudinemq; iuſtitiæ, vbi in ſpem decoris eius, iam plena & perfecta charitas erit.

Eſurientes ſatiãtur iuſtitia.

Quæ ſit iuſtitia in hac peregrinatione.

Nunc ipſius curſus rectitudine & perfectione tendamus, caſtigando corpus noſtrum, & ſeruituti ſubiciendo, & elemoſinas in dandis beneficijs, & dimittendis quæ in nos ſunt commiſſa peccatis, hilariter & ex corde faciendo, & orationibus indeſinenter inſtando, & hæc faciendo in doctrina ſana, qua edificatur fides recta, ſpes firma, charitas pura. Hæc eſt nunc noſtra iuſtitia, qua currimus, eſurientes & ſitientes, ad perfectionem plenitudinemq; iuſtitiæ, vt ea poſtea ſaturemur.

B ij

Vnde dominus in euangelio cum dixiſſet, nolite facere iuſti-
tiam veſtram coram hominibus, vt videamini ab eis, ne iſtũ
curſum noſtrum fine humanæ gloriæ, metiremur, non eſt in
expoſitione iuſticiæ ipſius executus, niſi iſta tria, ieiuniũ, ele

Ieiuniũ elemoſina oratio.

moſinas, & orationes, ieiunio ſcilicet, vniuerſam corporis
caſtigationem ſignificans, elemoſina, omnem beneuolentiã
& beneficentiam, vel dandi vel ignoſcendi, & oratione, inſi-
nuans omnes regulas, ſancti deſiderij. Et quoniam in caſtiga
tione corporis frenatur concupiſcentia: quæ non frenari, ſed

Concupiſcẽtia omnino eſſe nõ debet.

omnino eſſe non debet, nec erit in illa perfectione iuſticiæ,
vbi nullum omnino erit peccatum: & ſepe, in vſu rerũ, etiã
conceſſarum atq; licitarum, exerit inmoderationem ſuam.

De ſtudio erga proximos.

In ipſa vero beneficentia, qua iuſtus conſulit proximo, quæ-
dam fiunt quæ obſint, cum prodeſſe putata ſint, & aliquando
per infirmitatem, vel cũ minus ſufficitur, neceſſitatibus ali-
orũ, vel parum in eis proficit, quod benignitatis, aut laboris.
impéditur ſubrepit, tœdium, quo fuſcetur hilaritas, ĩ qua da
torem diligit deus. Subrepit autem tanto magis, quanto mi-
nus quiſq;, et tanto minus, q̃to magis profecerit. Hijs itaq; cõ-
ſideratis, merito in oratione dicimus. Dimitte nobis debita
noſtra, ſicut & nos dimittimus, debitoribus noſtris, ſi tamen
quod dicimus faciamus, vt vel ipſi etiam diligantur inimici.
Vel ſi quiſq̃ adhuc paruulus in Criſto, hoc nondum facit, pœ
nitenti tamen (quod in eũ quiſq; peccauit) & veniam peten-
ti ex intimo cordis ignoſcat, ſi vult, vt eius orationem Pater
celeſtis exaudiat. In qua oratione, ſi contẽtioſi eſſe nolimus,
ſatis nobis propoſitum ſpeculum eſt, vt inſpiciatur vita iu-

Iuſti pfecte currẽtes viuẽdo ex fide ſine pctõ non ſunt.

ſtorum, qui ex fide viuunt, & perfectæ currunt, q̃uis ſine pec
cato nõ ſint Vnde dicũt / dimitte nobis, quia nõdum, quo cur
ritur peruenerunt. Hinc dicit apoſtolus, non quia iam acce

Paul' palmũ nõdũ appꝛehẽderat.

perim, aut iam perfectus ſim fratres, ego non me arbitror ap
prehendiſſe. Vnum autem quæ retro oblitus in ea, quæ ante
ſunt extentus, ſecundum intentionem ſequor, ad palmam ſu-
pernæ vocationis dei, in CHRISTO IHESV Quotquot er

go perfecti hoc ſapiamus, id eſt, quotquot perfecte currim⁹, hoc ſapiamus, ꝙ nondum perfecti ſum⁹: vt illic perficiamur, quo perfectæ adhuc currimus: vt cum venerit quod perfectū eſt, quod ex parte eſt, deſtinatur, id eſt, non iam ex parte ſit, ſed ex toto, quia fidei et ſpei, iam res ipſa (non quæ credatur & ſperetur, ſed quę videatur teneaturq́) ſuccedet. Caritas āt, (quæ in his trib⁹ maior eſt) nō auferatur, ſed augeatur & impleatur, contemplata quod credebat, & quod ſperabat adepta. In qua plenitudine caritatis, præceptum illud implebitur. Diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum eſt adhuc aliquid carnalis concupiſcentiæ, quod vel continendo frenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur deus, non enim caro ſine anima concupiſcit, q̄uis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter anima concupiſcit. Tunc erit iuſtus, ſine vllo omnino peccato, quando nulla lex erit in membris eius, repugnans legi mentis eius, ſed prorſus toto corde, tota anima, tota mente diliget deū, quod eſt primū ſummūq́ præceptum. Cur ergo non præciperetur homini iſta perfectio? q̄uis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur: ſi quo currēdum eſt, neſciatur. Quomodo autem ſciretur? ſi nullis præceptis oſtenderetur? Sic ergo curramus, vt conprehendamus, omnes enī qui recte currunt, cōprehendent Non ſicut in agone theatrico omnes quidem currunt, ſed vnus accipit palmam. Curramus credendo, ſperando, deſiderando. Curramus corpus caſtigando, & elemoſinas in bonis dādis, maliſq́ ignoſcendis, hilariter ex toto corde faciēdo, & currentium vires (vt adiuuenī) orando, & ſic audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus, ad plenitudinem charitatis.

Charitas poſt mortem augetur et impletur.

Poſite cōcupiſ de⁹ nō diligitur ex tota anima.

Præcipitur perfectio q̄uis haberi nequeat.

Hijs præmiſſis, ea teſtimonia quæ poſuit iſte, cui reſpondemus, tanq̄ nos ea protulerimus, diligēter audiamus in Deutrono. Tu autem perfectus eris, coram domino deo tuo. Item illic. Et non erit inconſummatus in filijs Iſrael. Item ſaluator in euangelio. Eſtote perfecti, quia pater veſter qui in celis eſt,

Præceptū perfectionis ex ſacris literis.

perfectus eſt. Item apoſtolus ad Corinthios.ſecū. De cetero fratres gaudete, perfecti eſtote. Item ad Coloſſenſes. Corripientes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia, vt exhibeam⁹ omnem hominem, perfectum in Chriſto. Item ad Philippenſes Omnia facite, ſine murmuratione, & hęſitatione, vt ſitis irreprehenſibiles, & ſimplices, ſicut filiȷ dei immaculati. Item ad Epheſeos. Benedictus deus, & pater domini noſtri IHESV CHRISTI, qui benedixit nos in ōni benedictione ſpiritali, in cœleſtib⁹ in CHRISTO IHESV, ſicut elegit nos in ipſo, ante conſtitutionem mundi, vt eſſem⁹ ſancti, & immaculati, in conſpectu ei⁹ Item ad Colloſſenſes. Et vos cum eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſus eius, in operibus malis, nunc autem reconſiliati, in corpore carnis eius, per mortem eius, exhibete vos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles. Item ad Ephe. vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, vt ſit ſancta & immaculata. Itē ad Corint. i. Sobriȷ eſtote & iuſti, & nolite peccare. Item in epiſtola ſancti Petri. Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtrę ſobriȷ, perfecti, ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, quaſi filiȷ obedientiæ, non cōfigurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriȷs, ſed ſecundum eum qui vocauit vos ſanctos, & ipſi ſancti, in omni cōuerſatione ſitis. Quia ſcriptum eſt. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. Vnde & beatus Dauid dicit Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiā. Et alibi. Et ero immaculat⁹ cū eo. Et alibi Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Item apud Salomonē Diligit dominus ſancta corda, accepti ſunt autē illi omnes immaculati Horum teſtimoniorum/aliq̄ currentes exhortantur, vt perfectæ currant, aliqua ipſum finem commemorant, quo currendo pertendant. Ingrediant̄ ſine macula, nō abſurde etiā ille dicitur, non quia iam perfectus eſt, ſed qui ad ipſam perfectionē, irreprehenſibiliter currit, carens criminibus dampnabilibus, atq; ipſa peccata venialia non negligens, mūdare ele

moſinis.Ingreſſum quippe,hoc eſt iter noſtrum quo tendimꝰ ad perfectionem,munda orõ mundat. Munda eſt autem oratio,vbi veraciter dicitur dimitte nobis,ſicut &nos dimittimꝰ vt dum non reprehenditur,quod non imputatur ſine reprehenſione,hoc eſt ſine macula, noſter ad perfectionem curſus habeatur. In qua perfectione cum ad eam venerimus:iam nõ ſit omnino,quod ignoſcendo mundetur. Deinde iſte adhibet teſtimonia:quibus oſtendit non eſſe grauia diuina præcepta. Quis autem neſciat,cum pręceptum generale ſit caritas,quia finis præcepti & plenitudo legis eſt caritas,graue non eſſe qđ diligendo fit,non timendo?Laborant autẽ in dei præceptis,q ea timendo conantur implere. Sed perfecta charitas,foras mittit timorem,& facit præcepti ſarcinam leuem,non ſolum non prementem onere ponderũ,verum etiam ſubleuantem vice pœnarum. Quæ tñ caritas vt habeatur, etiam tanta, quãta in corpore mortis huius haberi poteſt,parum eſt noſtræ voluntatis arbitriũ, niſi adiuuet gratia dei. Per IHESVM CHRISTVM dominum noſtrum. Diffunditur quippe in cordibus noſtris,quod ſępe dicendum eſt,non per noſipſos, ſed per ſpiritum ſanctum,qui datus eſt nobis. Nõ aliam ob cauſam ſcriptura cõmemorat,non eſſe grauia præcepta diuina, niſi vt aĩa quæ illa grauia ſentit,intelligat nõdum ſe accepiſſe vires,quibus talia ſint præcepta domini, qualia commendantur leuia ſcilicet,atq; ſuauia,& oret gemitu voluntatis,vt impetret donum facilitatis,Qui enim dicit fiat cor meum immaculatum. Et itinera mea dirige,ſecũdum verbum tuũ.Et ne dominetur mihi,omnis iniquitas.Et fiat voluntas tua, ſicut in celo & in terra:Et ne nos inferas intemptationem,&cœtera huiuſmodi, quæ cõmemorare lõgũ eſt .Hoc vtiq; orat vt præcepta dei faciat. Quæ vt fierent nec iuberetur,ſi nihil ibi noſtra voluntas ageret,nec oraretur ſi ſola ſufficeret Commendantur ergo nõ eſſe grauia,vt cui grauia ſunt,intelligat nondum ſe accepiſſe donũ,quo grauia nõ ſint,nec arbitretur ea ſe perficere, qñ ita facit,vt grauia ſint.Hilarem enim datorem,diligit deus.

Quę ſit munda oratio mũdans peccata.

Præcepta quõ grauia ſint

Charitas leuia reddit p̄cepta.

Nec tamen cum ea grauia ſentit, deſperando frangatur; ſed a
quærendum, petendum, pulſandumq; cogatur:

Audiamus ergo & in hijs teſtimonijs, quæ deinde poſi
it, deum ſua præcepta nō grauia commendantem. Q3 dei mā
data (inquit) non modo impoſſibilia nō ſint, verum ne graui
quidem, in Deutro. Et conuertetur dominus deus tuus, epu
lari in te ſuper bonis, ſicut epulatus eſt ſuper patres tuos. Si
audieritis vocem domini dei veſtri, cuſtodire & facere omnia
mandata eius, & iuſtitias, & iudicia, quę ſcripta ſunt in libro le
gis huius. Si conuerſus fueris ad dominum deum tuum, ex to
to corde tuo, & ex tota anima tua: quia mandatum hoc quod
ego tibi mando hodie, non eſt graue, neq3 a te longe eſt. Nō eſt
in celo, vt dicas, quis aſcendet in celum & accipiet illud nobis,
& audientes faciemus? Non eſt trans mare, vt dicas, quis tranſ
fretabit mare, & accipiet illud nobis, & audientes faciemus?
Iuxta te eſt enim verbum in ore tuo, in corde & in manibus tu
is, facere illud. Item dominus in euangelio. Venite ad me om
nes, qui laboratis & onerati eſtis: ego vos requieſcere faciam.
Tollite iugum meū ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum
& humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iu
gum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Item in epi
ſtola ſancti Ioannis. Hæc eſt charitas dei, vt mandata eius ob
ſeruemus, & mandata eius grauia nō ſunt. His auditis & legi
timis & euangelicis teſtimonijs edificemur ad gratiam: quam
non intelligunt, qui ignorantes dei iuſtitiam, & ſuam volentes
conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Si enim non intelli
gunt illud ex Deutrono. queadmodū apoſtolus Paulus cōme
morauit, vt corde credatur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio
fiat ad ſalutē, quia nō eſt opus ſanis medicus/ſed male habēti
Iſto certe Ioannis apoſtoli teſtimonio (quod ad iſtam ſenten
tiam vltimo poſuit) vbi ait. Hęc eſt charitas dei vt mādata eius
ſeruemus, & mandata eius, grauia nō ſunt/ Debēt vtiq3 cor
moneri, charitati nō eſſe graue mandatum dei, quæ non niſi pe
ſpiritum ſanctum diffundit in cordibus noſtris, non per arb
um huma

Cōmēdatur nobis facilitas mādatorū dei in ſcripturis.

Male affectis op⁹ ē medico

um humanæ voluntatis. Cui plus dando q̃ oportet, ignorant iuſtitiam dei, quæ tamen charitas tunc perfecta erit, cum pœnalis timor omnis abceſſerit. Poſt hæc propoſuit teſtimonia, quæ contra eos dici ſolent, nec ea ſoluit, ſed cõmemorãdo, q̃ ſi contraria queſtiones arti⁹ illigauit. Ait enim. Teſtimonia ſcripturarum, quæ diuerſo ponenda ſunt hijs, q arbitrij libertatem, vel non peccandi poſſibilitatem, imperite exiſtimant, ſe ſcripturarꝫ auctoritate poſſe deſtruere. Obicere enim ſolẽt (inquit) quod ſanctus Iob dixerit. Quis mũdus eſt a peccato? nec infans cuius eſt vnius diei vita ſuper terrã. Deinde quaſi reſpondet huic teſtimonio, alijs teſtimonijs quod ipſe Iob dixerit Iuſtus enim vir, & ſine querela, factus ſum in deriſum, nõ intelligens, poſſe dici hominẽ iuſtum, qui perfectioni iuſtitię plurimum acceſſit, ita vt ei proximus fieret: quod multos etiam in hac vita potuiſſe, in qua ex fide viuitur, non negamus. Hoc & illo teſtimonio confirmatur: quod iſte conſequẽter adiunxit, ab eodem Iob dictum. Ecce ego proximus ſum iuditio meo: & ſcio quia iuſtus inueniar: hoc enim eſt iudiciũ, de quo alibi dicitur. Et educet quaſi lumen iuſtitiã tuam, & iudiciũ tuum velut meridiem. Deniq; non dixit ibi ſum, ſed proximus ſum. Q; ſi iuditium ſuum illud intelligi voluit, non quo ipſe Iuſti quõ iuſtitiam ſuã predicẽt in hoc mortali corpore.
iudicabit, ſed quo in fine iudicandus eſt: iuſti in illo iuditio inuenientur omnes, q non fallaciter dicunt, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Per hanc enim dimiſſionem iuſti inuenientur: & quod ea quæ hic habebant peccata, elemoſinis diluerunt. Vñ dicit dñs. Date elemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Deniq; hoc dicetur iuſtis, in regnum promiſſum ituris. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare, & cœtera huiuſmodi: Sed aliud eſt eſſe ſine pec- Solus vigenit⁹ in hac vita fuit ſine peccato At multi ſci ſunt ſine querela.
cato, quod de ſolo in hac vita vnigenito dictũ eſt. Aliud eſſe ſine quærela, quod de multis iuſtis, etiam in hac vita dici potuit. Quoniam eſt quidam modus bonæ vitæ, de quo etiã in iſta humana conuerſatione, iuſta quęrela eſſe non poſſit. Quis enĩ iuſte queritur de homine, qui nemini male vult? & quibus poteſt fideliter conſulit? nec contra cuiuſq̃ iniurias tenet libidinẽ

vindicandi? vt veracitur dicat? Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Et tamen eo ipſo quod verũ dicit, dimitte ſicut & nos dimittimus: ſine peccato ſe non eſſe declarat Inde eſt q̃d dicit. Nihil iniquum erat in manibus meis, ſed oratio mea mũda, hinc enim erat munda oratio, quia veniam non ĩiuſte petebat: qui veraciter dabat. Et quod dicit de domino. Multas enĩ contritiones meas fecit ſine cauſa, non ait, nullas fecit cum cauſa, ſed multas ſine cauſa. Non enim propter multa peccata ei⁹, factæ ſunt ei multæ contritiones, ſed propter probationem patientiæ. Nã propter peccata, ſine quibus (vt alibi confitetᷣ) non fuit, pauciora ſe pati debuiſſe indicat. Item quod dicit. Vias enim eius cuſtodiui, & non declinaui a mandatis eius, neq; diſcedam. Cuſtodit vias dei, qui non ſic exorbitat, vt eas relinquat, ſed in eis currendo proficit. Et ſi aliquando vt infirmus offendit aut titubat, proficit autem minuendo peccata, donec perueniat, vbi ſine peccato ſit. Non enim aliter poteſt eo mõ proficere. niſi cuſtodiẽdo vias ei⁹. Declinat autem a mandatis domini, atq; diſcedit apoſtata, non ille qui etiam ſi habet peccatum confligendi, tamen cum eo perſeuerantiam non reliquit, donec eo perueniat, vbi nulla cuꝫ morte contentio remanebit. In iſto ergo conflictu induimur, ea iuſticia qua hic ex fide viuitur, & ea quodãmodo loricamur. Aſſumimus quoq; iuditium, quod etiam contra nos pro nobis facimus, quando peccata noſtra accuſando dampnamus. Vnde ſcriptum eſt. Iuſtus ipſe ſui accuſator eſt, in primordio ſermonis. Hinc idem item dicit. Iuſtitia veſtitus eram, & circumdedi mihi iuditiũ, ſicut clamidem. Nam & iſta veſtis, belli magis ſolet eſſe, q̃ pacis, vbi adhuc expugnatur cõcupiſcentia: non vbi erit plena, ſine aliquo prorſus hoſte iuſticia: nouiſſime inimica morte deſtructa Q; autem iterum ait idem Sanctus Iob: non enĩ reprehendit me cor meum, in omni vita mea, tunc nos in iſta vita, ĩ qua ex fide viuimus, non reprehendit cor noſtrum, ſi eadem fides, in qua corde creditur ad iuſticiam, non negligit reprehẽdere peccata noſtra. Vnde dicit Apoſtolus. Non enim quod volo facio bonum, ſed quod odi malum hoc ago. Bonum enĩ

Oratio mũda ẽ potentis iuſte veniam.

Iuditio induuntur iuſti q̃ñ ſe accuſant.

eſt non concupiſcere, & hoc bonũ vult iuſtus, qui ex fide viuit: & tamen facit quod odit, quia concupiſcit, q̃uis poſt concupiſcentias ſuas non eat Quod ſi fecerit, tunc veræ ipſe fecit, vt cedat, vt conſentiat, vt deſiderio peccati obediat. Tunc eũ cor eius reprehendit, quia ipſum reprehẽdit, non illud peccatum eius, quod habitat in membris eius. Cum vero, non ſinit regnare peccatum in ſuo mortali corpore, ad obediẽdum deſiderijs eius, nec exhibet membra ſua arma ĩquitatis peccato, ineſt quidem peccatum in membris eius, ſed non regnat, quia non obeditur deſiderijs eius. Et ideo dum quod non vult agit: id eſt, non vult cõcupiſcere, & concupiſcit, cõſentit legi quia bona eſt, hoc enim vult ipſe quod lex, quia vult ipſe nõ concupiſcere, & lex dicit: non concupiſces. In hoc enim quoniam vult quod & lex vult, proculdubio conſentit legi, concupiſcit tamen, quia non eſt ſine peccato. Sed iam nõ ipſe operatur illud, ſed id quod in illo habitat peccatum Ideo non reprehendit eum cor eius, in omni vita eius, hoc eſt in fide ei⁹, quia iuſt⁹ ex fide viuit, & ideo fides eius eſt vita eius. Scit enĩ, quia non habitat in carne eius bonum, vbi habitat peccatum, ſed non ei conſentiendo viuit ex fide qua inuocat deum, vt adiuuetur pugnans contra peccatum. Quod vt omnino ibi non ſit, adiacet ei velle, ſed perficere bonum non adiacet Non facere bonum non adiacet, ſed perficere Nam in eo quod non conſentit bonum facit, & in eo, ꝙ odit concupiſcentiam ſuam bonum facit, & in eo, ꝙ elemoſinas facere nõ ceſſat bonum facit, & in eo, ꝙ illi qui peccat in eum, ignoſcit bonũ facit, & in eo, ꝙ petit ſibi dimitti debita ſua, & veracit̃ dicit, ꝙ dimittit etiã ipſe debitoribus ſuis & orat, ne inferatur in temptationem, ſed liberetur a malo, bonum facit Non ergo reprehendit eum cor eius, quando reprehendit peccatum quod habitat in membris eius, & non habet quã reprehendat infidelitatem eius, ita vt nec in vita ſua, id eſt, in fide ſua a corde ſuo reprehenditur, & ſine peccato non eſſe conuincitur Quod & ipſe Iob de ſe cõfitetur, vbi dicit. Nihil te latuit peccatorum meorum, ſignaſti ĩiquitates meas in ſacculo, & annotaſti ſi quid ĩt⁹ trãſgreſſ⁹ ſũ.

Quõ ĩtelligendũ. Nõ qꝺ volo bonũ, facio ſed qꝺ odi malum hoc ago

Cõcupiſcit iuſt⁹ q: nõ ẽ ſine pctõ

In quo bene faciat iuſtus.

Teſtimonia ergo quæ poſuit de verbis Sancti Iob, ſicut potui mus, queadmodum ſint accipienda mõſtrauimus, nec tamẽ ille ſoluit, quod eundem Iob dixiſſe propoſuit. Quis enim mũdus a ſorde? nec infans cuius eſt diei vnius vita ſuper terram. Item proponere ſolent (inquit) Omnis homo mendax. Neq; hoc contra ſeipſum a ſeipſo propoſitum ſoluit, ſed cõmemorando alia, velut contraria teſtimonia, apud eos q non intelligunt ſcripturam ſanctam, diuina eloquia in lite dimiſit. Ait enim, quibus reſpondendum eſt, quod in Numeri libro ſcriptum eſt, homo verax. Et de Sancto Iob legitur ita. Erat vir habitans in regione Antiſide nomĩe Iob, verax ſine crimine, iuſtus, dei cultor, abſtinens ſe ab omni re mala, Miror ꝙ eſt auſ ponere hoc teſtimoniũ, vbi dictũ ẽ, abſtinẽs ſe ab oĩ re mala, cũ hoc ab omni peccato vellet intelligi, cũ ſuperius dixerit, peccatũ actũ malũ eſſe, nõ rẽ. Reminiſcatur ergo, quia etiã ſi actus ſit, res poteſt dici. Abſtinet ſe autem ab omni re mala, qui peccato ſine quo non eſt, vel nũq̃ omnino conſentit, vel ſi aliqñ præmitur non opprimitur. Sicut luctator fortior, & ſi aliquãdo tenetur, non ideo perdit, quo ſuperior inuenitur, legitur ſane homo ſine crimine, legitur ſine querela, & non legitur ſine peccato: niſi filius hominis, vnus idemq; dei filius vnicus. Itẽ (inquit) apud ipſum Iob, & miraculum tenuit veracis hominis. Item apud Salomonem de Sapientia. Viri mendaces non erunt illius memores, viri veraces inuenientur in illa. Item in Apocalipſi, & in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium, ſine macula ſunt. Ad hoc & nos reſpondemus, ammonentes, quõ ſit dicendus homo verax, per dei gratiam, atq; veritatem qui per ipſum ſine dubio mendax eſt. Vnde dictum eſt, omnis homo mendax. Hoc etiam teſtimonio ſonat de ſapiẽtia: quod ipſe poſuit. Viri autem veraces, inuenientur in illa. Qui ꝓcul dubio, non in illa, ſed in ſeipſis inuenientur eſſe mendaces, ſicuti eſt. Fuiſtis aliqñ tenebræ, nunc autem lux in domino. Cũ diceret tenebræ, nõ addidit in domino. Cum autem dixiſſet lux, addidit vtiq; in domino: quia in ſcipſis lux eſſe non poſſent, vt q gloriatur, in dño glorietur. Illi vero in Apocalipſi prop

Abſtinet ſe ab oĩ re mala q cũ luctetur cũ malo nõ tñ vincitur.

Hõ q̃ p ſe eſt mẽdax p grãm dei dicitur verax.

terea tales ſunt dicti, quod non ſit inuentum in ore eorum mendacium, quia non dixerunt ſe non habere peccatum. Quia ſi dicerent, ſeipſos deciperent, & veritas in eis non eſſet. Porro ſi veritas in eis non eſſet, inueniretur in ore eorum mendacium. Quia ſi propter inuidiã, cum eſſent ſine peccato, dicerẽt ſe non eſſe ſine peccato, hoc ipſum eſſet mendacium, falſumque eſſet quod dictum eſt, non eſt inuentum in ore eorum mendacium. Ideo ergo ſine macula ſunt, quia ſicut ipſi dimiſerunt debitoribus ſuis. Sic & illi deo dimittente, mundati ſunt. Ecce nos vt valuimus, expoſuimus. quomodo accipienda eſſent teſtimonia, quæ pro ſua cauſa commemorauit. Ipſe autem, quomodo ſit accipiendum quod ſcriptum eſt, omnis homo mendax, omnino nõ ſoluit, nec ſolui poterit, niſi correcto errore, quo credit hominem ſine adiutorio gratię dei, per ſuam propriam volũtatem, poſſe eſſe veracem. Sic aliam quæ ſequitur queſtionẽ, propoſuit, nec ſoluit, ymmo vero auxit, & difficiliorem reddidit, proponendo aduerſum ſe prolatum teſtimonium, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum: & quaſi contraria teſtimonia referẽdo, quibus oſtenderet eſſe homines, qui faciant bonum. Quod quidem oſtendit. Sed aliud eſt non facere bonum, aliud non eſſe ſine peccato, etiam ſi homo faciat multa bona. Qua propter ea teſtimonia quæ poſuit non ſunt cõtra illud quod dicitur, nõ eſſe in hac vita hominẽ ſine peccato. Ipſe autem nõ oſtendit queadmodum dictum ſit, non eſt qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnũ. Ait enim (inquit) Sanctus Dauid. Spera in domino & fac bonitatem: hoc præceptũ eſt, non factum. Quod præceptũ non vtique faciebãt, de quibus dictum eſt non eſt qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnũ. Ait enim dixiſſe Sanctũ Thobiam. Noli timere fili, pauperẽ vitam gerimus, habebimus multa bona, ſi timuerimus deum, & receſſerimus ab omni pctõ, & fecerimus bona. Veriſſimæ tunc erunt homini multa bona, cũ receſſerit ab omni peccato. Tunc enim ei nulla erunt mala, vt non opus habeat dicere, libera nos a malo, quis & nunc omnis qui proficit recta intentione, proficiens recedit ab omni peccato. Et tanto fit inde longinquior, quãto plenitu-

Aliud eſt non facere bonũ aliud nõ eſſe ſine pctõ

dini iuſticiæ perfectioniq; propinquior Quia & ipſa concupiſcentia, quod eſt peccatum, habitans in carne noſtra, & ſi manẽ adhuc in membris mortalibus, minui tamẽ non deſinit in proficientib⁹. Aliud eſt ergo recedere ab omni peccato, qđ nunc in opere eſt, aliud receſſiſſe ab omni peccato, quod tunc in illa perfectione erit. Sed tamẽ & qui iam receſſit, & qui ad huc recedit non eſt negandus facere bonum. Quomodo ergo dictum eſt. non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum? quod ille propoſuit, & non ſolutum reliquit? niſi quia populum quemdam pſalmus ille culpat, in quo nec vnus erat, qui faceret bonum, dum volunt remanere filŋ hominum, & nõ eſſe filŋ dei, cuius gratia homo fit bonus, vt faciat bonum De illo enim bono dictum, hic habem⁹ accipere quod ibi ait. Deus de cœlo reſpexit, ſuper filios hominum, ſi eſt intelligens, aut requirens deum. Hoc ergo bonum quod eſt requirere deum, non erat qui faceret, non erat vſq; ad vnum, ſed in eo genere hominum, qđ prædeſtinatum eſt ad interitum. Super hos enim reſpexit dei præſcientia, protulitq; ſententiam. Item dicunt (inquit) illud, quod ſaluator ait. Quid me dicitis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus deus. Hanc item propoſitionem omnino non ſoluit, ſed oppoſuit velut ex aduerſo alia teſtimoĩa, quib⁹ probaret hominem eſſe bonum. Dixit enim eſſe reſpõdẽdũ, quod idẽ dominus alibi ait, bonus homo, de bono theſauro cordis ſui profert bonum. Qui iterum. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Et alibi ſcriptum eſt (inquit) bona bonis creata ſunt ab initio. Et iternm. Qui ſunt boni, erunt habitatores terrę. Cui ſic reſpondẽdum eſt, vt & illud intelligatur quomodo dictum ſit. Nemo bonus niſi vnus deus, ſiue quia omnia quæ creata ſunt, q̃uis ea deus fecerit valde bona: creatori tñ comparata nec bona ſunt, cui comparata nec ſunt. Altiſſime quippe, & proprio mõ quodam de ſeipſo dixit. Ego ſum qui ſum. Sic dictum eſt. Nemo bonus niſi vnus deus. Q̃admodum de Ioanne dictum eſt. Nõ erat ille lumen, cũ dñs dicat eũ eſſe lucernã, ſicut diſcipulos quib⁹ dixit. Vos eſtis lumẽ mũdi. Nẽo accẽdit lucernã, & ponit eã ſub modio, ſed in cõparatioẽ luminis il

Inter eos q̃ voluẽt remanere filŋ hoim ne vn⁹ quidem eſt qui faciat bonum.

Nemo bon⁹ niſi ſol⁹ de⁹ rurſum ſcriptura probat hoiem bonũ s eſſe et dici

Creata ſi conferantur cũ creatore haud quaq̃ bona ſunt. Creator enim eſt q̃ ẽ.

lius,quod eſt lumen verũ,illuminans omnẽ hoĩem veniẽtẽ in hunc mundũ,nõ erat ille lumẽ,ſiue quia ipſi etiã filĳ dei cõpa rati ſibi ipſis quales ĩ illa perfectione æterna futuri ſunt,ita bo ni ſint,vt adhuc & mali ſint, quod de illis dicere nõ auderem. Quis enĩ audeat dicere malos eẽ,quorũ pater eſt de⁹? niſi ipſe dñs diceret. Si ergo vos cũ ſitis mali, noſtis bona data dare fi lĳs veſtris,q̃to magis pater veſter qui in cœlis eſt,dabit bona petẽtib⁹ ſe.Cũ ait,pater veſter,vtiq̧ filios dei iã eẽ mõſtrauit, quos tñ adhuc malos eẽ nõ tacuit. Ille tñ nõ ſoluit,quõ & iſti boni ſint:vt nemo ſit bon⁹ niſi vn⁹ de⁹? Vnde eſt ille admoni t⁹ qui interrogauerat,quid boni faceret vt illũ quereret,c⁹ grã bon⁹ eẽt: cui bonũ eẽ hoc eſt ipm eſſe :q ĩcõmutabiliter bon⁹, nõ poteſt oĩno mal⁹ eẽ. Itẽ dicũt(inquit) Quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor? Et ad hoc rñdet multis teſtimonĳs,volẽs oſtẽdere poſſe eẽ in hoĩe caſtũ cor, nec tñ dicit quõ accipien dum ſit,quod ꝓpoſuit cõtra ſe dici,quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? ne diuina ſcriptura in hoc teſtimonio, & in hĳs p quæ reſpondit ſibi ipſi aduerſari videatur? Nos ãt huic reſpõ dẽtes dicim⁹ ideo ſecutũ eſſe, quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor? quoniã præceſſit, cũ rex iuſt⁹ ſederit in throno, q̃talibet enĩ iuſticia præditus ſit homo,cogitare debet,ne aliquid ĩ illo quod ipſe non videt inueniatur eſſe culpandũ,cũ rex iuſtus ſe derit in throno,cuius cognitionẽ fugere delicta non poſſũt,nec illa de quibus dictum eſt. Delicta quis intelligit? Cũ ergo rex iuſt⁹ ſederit in throno,quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor ? ã quis gloriabiĩ mũdum ſe eſſe a peccato? niſi forte iſti qui volũt in iuſticia ſua,non in ipſius iudicis miſericordia gloriari? Tñ etiam illa vera ſunt,quæ reſpõdendo ſubiecit, qđ ſaluator ait in Euãgelio Beati mũdo corde,quoniã ipſi deũ videbũt.Et qđ Dauid dicit.Quis aſcẽdet in montẽ dñi aut quis ſtabit in loco ſcõ eius? Innocẽs manib⁹ & mũdo corde Et alibi . Bñ fac dñe bonis & rectis corde.Itẽ apud Salomonẽ.Bona eſt ſubſtancia, cui non eſt peccatum in cõſcientia.Item illic.Auerte te a deli

Filĳ dei etiã mali ſunt/ ex do no dei filĳ/et ex humano vitio mali ꝓ ratione imꝑfecte carita tis.

ſiduciam habemus ad deum, ꝙ quæcũq; petierimus accipiem⁹ ab eo. Hoc enim cum agitur voluntate, credẽdo, ſperando, diligendo, corpus caſtigando, elemoſinas faciendo, iniurias ignoſcendo, inſtanter orando, & proficiendi vires precando, veraciterq; dicendo. Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus, & ne inferas nos in temptationem, ſed libera nos a malo. Hoc prorſus agitur vt cor mundetur, et peccatum omne tollatur, & ꝙ iuſtus iudex cum in throno ſederit, occultum inuenerit minuſq; mũdatum, eius miſericordia remittatur, vt deum videndo totum ſanum, mundumq; reddatur. Iuditium enim ſine miſericordia ſed ei qui non facit miſericordiam, ſuperexaltat autem miſeridia iuditio. Quod ſi non eſſet, quæ ſpes eſſet? qñdoqu idem cũ rex iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccato? Tunc ergo per eius miſericordiam iuſti plene perfecteq; mundati, fulgebunt in regno patris ſui ſicut ſol. Tunc plene atq; perfectæ erit eccleſia, non habens maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, quia tunc erit etiam veræ glorioſa. Cum enim non tantũ ait vt æxhiberet ſibi eccleſiam, non habentẽ maculã aut rugam, ſed addidit glorioſam, ſatis ſignificauit, qñ erit ſine macula aut ruga, aut aliquo huiuſmodi, tunc vtiq; qñ glorioſa.

Orã m⁹; caſtigam⁹ corp⁹; ignoſciturus iniur. as vt qđ inmundũ in nobis ẽ, remittatur.

Nõ enim modo in tantis malis, in tantis ſcandalis, in tanta permixtione hominũ peſſimorum, in tãtis opprobrobrijs impiorum, dicendũ eſt eã eſſe glorioſam, quia regis ei ſeruiunt, vbi eſt periculoſior maiorq; temptatio. Sed tunc potius glorioſa erit, quando fiet quod idem ait Apoſtolus. Cũ CHRISTVS apparuerit vita noſtra, tunc & vos cũ CHRISTO apparebitis in gloria. Cũ enim dñs ipſe ſecundum formã ſerui, per quã ſe mediator coniunxit eccleſiæ non fuerit glorificatus, niſi reſurrectionis gloria Vñ dictũ eſt. Spirit⁹ autẽ nõ erat dat⁹ quia IHESVS nondũ fuerat glorificatus, quõ dicẽda eſt ante reſurrectionẽ ſuam eccleſia e⁹ eſſe glorioſa? Mundat ergo eã nunc lauachro aquæ in verbo, abluens peccata præterita, & pellens ab ea damnationem malorum angelorum, deinde perficiens eius ſanitates, facit eam occurrere in illam glorioſam ſine macula & ruga.

cula & ruga. Quos enī prædeſtinauit illos & vocauit, & quos vocauit, illos & iuſtificauit, quos autē iuſtificauit, illos & glorificauit. In hoc miſterio dictū arbitror, ecce eijcio demonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die cōſummor. id eſt pficior. Dixit enī hoc ex pſona corporis ſui, qđ eſt eccleſia dei, ponēs ꝑ diſtinctis ordinatiſq; tēporib⁹, qđ & in ſua reſurrectione ſignificauit ī triduo Puto autē intereſſe īter rectū corde, & mūdū corde. Nā & rect⁹ corde, ī ea quæ añ ſunt, extēdiī, ea quæ retro ſunt, obliuiſcēs, vt recto curſu. id eſt, recta fide atq; intētione perueniat, vbi habitet mūd⁹ corde. Sicut illa ſingula reddēda ſunt ſingulis, vbi dictū eſt. Quis aſcendet in montē dñi, aut quis ſtabit in loco ſcō eius? Innocēs manibus aſcendet, & mundus corde ſtabit. Illud in opere eſt, illud in fine. Et illuc magis intelligendum qđ dictum eſt, bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatū in cōſcientia. Tunc enī erit vere bono ſubſtācia. i. vere diuitiæ: cū trāſierit tota paupertas. i. cū cōſūmata fuerit omnis infirmitas. Nunc vero auertat ſe homo a delicto, cū proficiendo inde diſcedit, & renouatur de die in diē, & dirigat manus in opera mię, & ab omni delicto, mundet cor ſuū. Miſereatur. vt quod reſtat, per veniā dimittatur Hoc enim ſalubriter & ſine vana inaniq; iactancia bñ intelligitur: in eo qđ dixit Sanct⁹ Iōhannes. Si cor noſtrū nos reprehēdat, habemus fiduciā ad deum; & quæcūq; petierim⁹, accipiemus ab eo. Hoc enim videī iſto loco admonuiſſe, ne cor noſtrū, nos in ipſa oratione & peticione reprehendat, hoc eſt, ne forte cū ceperimus dicere, dimitte nobis, ſicut & nos dimittim⁹, compūgamur, nō facere quod dicimus aut etiam non audeam⁹ dicere, quod non facimus: & fiduciam petendi amittamus. Itē ſibi oppoſuit teſtimoniū ſcripturarum. quod eis dici ſolet. Quia non eſt hō iuſtus in terra qui

Intereſt inī rectum corde ꝛ mūdum corde.

Qui a ſuo corde reprehendantur

Non ē iuſt⁹ ī terra qui faciat bo-

quod ſcriptũ eſſe dixit. Nõ eſt hõ iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Item dicunt (inquit) Quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo, oĩs viuens. Et huic teſtimonio, quaſi reſpondit ad nihil aliud, niſi vt ſcripturæ ſanctæ, inter ſe litigare videantur, quarũ concordiã nos debemus oſtẽdere. Ait enim.

Cõcordãt ſcripture q̃ aliõq pugnare videntur.

Quibus reſpondendũ eſt, quod de Sctõ Zacharia, euangeliſta teſtatur dicens. Erant autẽ Zacharias & Elizabeth vxor eius, iuſti ambo, in conſpectu dei, & incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationib⁹ domini ſine querela. Qui iuſti ambo vtiq; legerant inter ipſa mandata, queadmodũ ſua peccata mũdarẽt. Nã Zacharias (quod de omni ſacerdote ex hoĩbus accepto, in epiſtola ad Hebre. dicitur) etiam pro ſuis peccatis, vtiq; hoſtias offerebat Quõ autem intelligendũ ſit, quod dicitur ſine querela, iã ſupra ſatis (q̃tũ opinor) oſtendimus. Et beat⁹ (inquit) Apoſtolus ait. Vt ſimus ſancti, & immaculati, in conſpectu eius. Hoc agitur, vt hoc ſimus, ſi immaculati intelligẽdi ſunt, qui omnino ſine peccato ſunt. Si autẽ immaculati ſunt, qui ſũt ſine crimine, etiã in hac vita fuiſſe atq; eſſe, negare non poſſumus, quia non ideo ſine vllo peccato eſt aliquis, quoniã nõ habet maculã criminis. Vñ & Apoſtoſtol⁹, cũ miniſtros eligeret ordinãdos, nõ ait, ſi quis ſine peccato, quod ĩuenire nõ poſſet. Sed ait, ſi quis ſine crimine, qđ vtiq; poſſet. Nec tñ iſte oſtendit, queadmodũ ſecũdũ ſuã cauſam debeamus accipere, quod ſcriptũ eſt. Quoniã nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo, oĩs viuẽs Aperta quippe ſentẽtia eſt, de ſuperiore verſu illuſtrius declarata. Ne ĩtres (inquit) in iuditio cũ ſeruo tuo, quoniã nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo, oĩs viuẽs. Iuditiũ tuũ, quia miſericordiã deſiderat, quæ ſuperexaltat iuditio. Hoc eſt enim. Ne ĩtres in iuditiũ cũ ſeruo tuo, noli me iudicare ſecũdũ te, qui es ſine peccato, quia nõ iuſtificabitur, ad illã perfectionẽ iuſticiæ retulit, quæ in hac vita nõ eſt. Itẽ dicũt (inquit) Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Et hinc euidentiſſimo teſtimonio, quaſi cõtrarijs teſtimonijs reſpondere Conatus eſt, q̃ idem ſanctus Iohannes in eadem epiſtola dicat. Hoc autem dico fratres, vt non peccetis. Omnis qui natus eſt ex deo, peccatum non facit. quia ſemẽ

Si ſine crimine eẽ poſſum⁹ at non ſine peccato.

Si dix: quia peccatũ nõ ha: noſ ipſos ſeducim⁹ & veritas in nobis non eſt.

ipſius in eo manet, & non poteſt peccare. Item illic, qui natus eſt ex deo, non peccat, quia generatio dei, conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Item illic (inquit) vbi de ſaluatore ait, quoniam ille apparuit, vt peccata tolleret. Omnis qui in eo manet, non peccat. Omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. Item illic Cariſſimi nunc filij dei ſumus, & nõdum apparuit quod erimus, ſcimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniã videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet Spem hanc in eũ, ſanctificat ſe, ſicut & ipſe ſanct⁹ eſt. Et tñ cum hæc omnia teſtimonia vera ſint, verum eſt & illud, quod propoſuit, & non ſoluit. Qꝫ ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, non ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Ac per hoc ſecundum id quod ex deo nati ſumus, in eo qui apparuit, vt peccata tolleret, id eſt, in CHRISTO, manemus, & non peccamus. Hoc eſt autem, ꝙ interior hõ renouatur de die in diem. Secundũ autẽ, ꝙ de homine illo nati ſumus, per quem peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in oẽs hoĩes pertranſiuit, ſine peccato non ſumus, quia ſine illius ĩfirmitate nondũ ſum⁹, donec illa (renouatione quæ fit de die ĩ diem, quoniã ſecundũ ipſam ex deo nati ſum⁹) infirmitas tota ſanetur, in qua ex primo hoĩe nati ſum⁹, & in qua ſine peccato nõ ſum⁹. Cui⁹ reliquijs in hoĩe interiore manentibus, q̃uis de die in diẽ minuatur in proficientibns. ſi dixerimus quia peccatũ nõ habemus, noſipſos ſeducim⁹, & veritas in nobis nõ eſt. Quõ enĩ verũ eſt, omnis qui peccat non vidit eum, neqꝫ cognouit eũ, cum ſecũdũ viſionẽ & cognitionẽ quæ erit in ſpecie, nemo eũ in hac vita videat, atqꝫ cognoſcat: ſecundum viſionem autẽ & cognitionẽ, quæ eſt in fide, multi ſunt qui peccent. Certe ipſi apoſtate, qui tñ in eũ aliquãdo cre

Omnis q̃ nat⁹ ẽ ex deo nõ peccat.

Soluunt̃ ſcripturarũ loca que nũc diſſidere.

Per gratiā red diti filij dei reliq̄s infirmitatis portamus.

Cum ergo per gratiam renouationis filij dei ſum⁹ tamen propter reliquias infirmitatis nondum apparuit quod erimus, ſcimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quādo videbimus eum ſicuti eſt. Tunc peccatum nullum erit, quia infirmitas, nec interior, nec exterior vlla remanebit. Et omnis qui habet hanc ſpē in eum, ſanctificat ſe, ſicut & ipſe ſanctus. Sanctificat enim ſe, non per ſeipſum, ſed credendo in illū, & inuocando illum, qui ſanctificat ſanctos ſuos, cuius ſanctificationis perfectio, quæ nunc proficit & creſcit de die in diē, omnes infirmitatis reliquias ablatura eſt, Itē dicunt (inquit) Nō volētis nec currentis, ſed miſerētis eſt dei. Quib⁹ reſpondēdū eſt, dicit, ꝙ idem Apoſtolus alibi de quodam ait, quod vult, faciat. Item (inquit) ad Philemonē de Oneſimo, quē ego volueram apud me detinere, vt pro te mihi miniſtraret. Sed ſine conſilio tuo, nichil volui facere: vt nō quaſi ex neceſſitate bonum tuū eſſet, ſed voluntarium. Item in Deutro. Vitā & mortē dedit ante faciem tuā, bonum & malū, elige vitam vt viuas. Itē apd Salomonē. Deus ab initio cōſtituit hominē & reliquit eum in manu cōſilij ſui, adiecit ei mādata & præcepta: ſi voles, pręcepta ſeruabunt te, & in poſterū fidem placitā facere, appoſuit tibi aquā & ignem, ad quod vis porrige manum tuam, ante hominē bonum & malum, vita & mors, paupertas & honeſtas, a dn̄o deo ſunt. Item apud Eſaiā. Si volueritis & audieritis me, quæ bona ſunt terræ manducabitis Si autē nolueritis nec obaudieritis me, gladius vos comedet. Os enim dn̄i locutū eſt hæc. Hic vero quantūlibet iſti ſe obtegant, aperiuntur, declarāt enī ſe contra dei gratiā vel miſericordiam diſputare, quam voluimus impetrare cum dicimus. Fiat volūtas tua, ſicut in cœlo & in terea, vel & ne nos inferas in tēptationē, ſed libera nos a malo. Vt quid enim iſta orando, tanto gemitu petimus? ſi volentis hominis & currentis, non miſerētis eſt dei? Non quia hoc ſine voluntate noſtra agitur: ſed quia volūtas nō implet, quod agitur, niſi diuinitus adiuuetur. Hæc eſt fidei ſanitas. quæ nos facit quęrere, vt inueniamus petere vt accipiamus, pulſare vt aperiatur nobis. Cōtra iſtam qui diſputat, contra ſeipſum clau

Sanctificat ſe credēs in deū et inuocās illū qui ſanctificat ſctōs

Quibus ſcripturis ſtatuāt arbitrij libertatem.

dit oſtium miſericordiæ dei. Nolo plura dicere de re tanta,
quia melius eam committo fidelium gemitibus, q̃ ſermonibꝰ
meis. Videte tñ obſecro, quale ſit ideo volenti & currenti mi-
ſericordiam dei non eſſe neceſſariam, quæ illum etiã preuenit
vt curreret, quia de quodam ait Apoſtolus, quod vult faciat,
ibi vt arbitror, vbi ſequitur & dicit. Nõ peccat ſi nubat, quaſi
pro magno habendum ſit velle nubere, vbi de adiutorio diui-
næ mĩæ, operoſius diſputatur: aut vero etiã ibi ꝓdeſt aliquid
velle, niſi deus prouidentia qua gubernat oĩa, marem feminãq;
coniũgat, aut quoniã ad Philemonẽ ſcripſit Apoſtolꝰ, vt non
quaſi ex neceſſitate eius bonũ eſſet, ſed voluntarium, quaſi ali
ter ſit voluntariũ bonum, niſi cũ deus operatur in nobis, & vel
le & operari, pro bona voluntate, aut quia in Deutro. ſcriptũ
eſt. Vitam & mortẽ dedit ante faciem hominis, bonũ & malũ
admonuit, vt eligeret vitã, quaſi & ipſa admonicio non de mi-
ſericordia veniat, vel aliquid prodeſſet eligere vitam, niſi deꝰ
eligendi caritatem inſpiraret, & electam habere præſtaret. De
quo dictum eſt. Quoniam ira in indignatione eius, & vita in
voluntate eius. Aut quia dictum eſt, ſi voles præcepta ſerua-
bunt te, quaſi non debeat deo agere gratias, quia præcepta vo
luit, qui deſertus omni lumine veritatis, hæc velle non poſſet,
poſitis ante hominẽ igne & aqua, quo vult quidẽ porrigit ma
num. Sed altior eſt qui vocat, altiꝰ q̃ omnis humana cogitatio:
quandoquidẽ initiũ corrigendi cor, fides eſt, ſicut ſcriptũ eſt.
Venies & pertrãſies ab initio fidei, & quiſquis ita eligit bonũ.
Sicut vnicuiq; deus ptitus eſt, menſuram fidei Et nemo poteſt
ad me venire (ait) princeps fidei niſi pater qui miſit me, traxe-
rit eũ. Quod de fide dictũ eſſe qua in eum creditur: poſtea ſatis
euidẽter explanat, vbi dicit. Verba que ego locutꝰ ſum vobis,

Miſericordia dei preuenit vt curratur.

Cũ bonũ ẽ volũtariũ, cũ deꝰ i nobis et velle et operari opatur.

Initium corrigẽdi cordis fides

manducabitis. Si autem nolueritis & non audieritis me, gladi⁹
vos comedet, os enim domini locutum eſt hæc, quaſi non lex
tota huiuſmodi condicionibus plena ſit, aut ob aliud ſuperbis
præcepta iſta data ſint, niſi quia lex præuaricationis gratia poſi
ta eſt, donec veniret ſemen, cui promiſſum eſt. Vnde ſub intra
uit, vt habundaret delictũ, & vbi habundauit delictum, ſuper
habundauit gratia, id eſt, vt acciperet homo præcepta ſuper-
be de ſuis viribus fidens: in quibus deficiẽs, & factus etiam præ
uaricator, liberatorem ſaluatoremq́ꝫ requireret, atq́ꝫ eũ timor
legis, humilem factum, tanq̃ pedagogus ad fidem graciamq́ꝫ p-
duceret. Ita multiplicatis infirmitatibus, poſtea accelerauerũt:
quibus ſanandis oportune Chriſtus aduenit. In cuius gratiam,
etiam iuſti antiqui crediderunt, eadem ipſa gratia eius adiuti,
vt gaudentes eum pænoſcerent, & quidam etiam prenuntia-
rent eſſe venturũ/vel in populo Iſrael, ſicut Moyſes & IHE-
SVS Naue, & Samuel, & Dauid, & cœteri tales, vel extra ip-
ſum populum, ſicut Iob, vel ante ipſum populũ, ſicut Abra-
ham, ſicut Noe, & qcunq́ꝫ alij ſunt, quos vel commemorat, vl'
tacet diuina ſcriptura. Vnus enim de⁹, & vnus mediator dei &
hominum homo CHRISTVS IHESVS ſine cuius gratia,
nemo a condempnatione liberatur, ſiue quam traxit ab illo, in
quo omnes peccauerunt, ſiue quã poſtea ſuis iniquitatibus ad-
didit: Quale eſt autem quod iſte poſuit in extremo, ſi quis (in-
Obiectiones celeſtij. quit) dixerit, poteſt fieri, vt homo, vel in corde, vel in verbo,
non peccet? Reſpondendum eſt (inquit) ſi vult deus poteſt,
vult enim deus, ergo poteſt Item ait, ſi quis dixerit, fieri po-
teſt, vt homo non in cogitatione delinquat. Reſpondendum
Diſſolutiones Au: eſt, ſi vult deus, poteſt, vult enĩ deus, ergo poteſt Videte quẽ
admodum noluerit dicere, ſi deus adiuuet, poteſt Cui dicitur,
Adiutor meus eſto ne derelinquas me, non vtiq́ꝫ ad corpora-
lia bona capeſcenda, & mala cauenda, ſed ad gerendã perficiẽ-
Quis adiuuet. grã dei. damq́ꝫ iuſticiã. Propter quod dicimus, ne nos inferas in temp-
Notent hec liberi arbi. iactatores. tationẽ, ſed libera nos a malo Nec adiuuatur, niſi qui & ipſe a-
liquid agit. Adiuuatur autẽ, ſi inuocat, ſi credit, ſi ſecundum
propoſitũ vocatus eſt, quoniã quos autẽ preſciuit, & prede-

ſtinauit cōformes fieri, ymaginis filij ſui, vt ſit ipſe primoge-
nitus, in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, illos &
vocauit, quos autē vocauit, illos & iuſtificauit, illos & glorifi-
cauit. Currimus ergo cū proficimus, dum ſanitas noſtra in ꝓ-
ficientibus currit, ſicut cycatrix currere dicitur, quando bene
vulnus diligēter ꝗ curatur, vt omni ex parte perfecti, ſine vl-
la ſimus omnino infirmitate peccati Quod non ſolum vult de-
us, verum etiam vt impleatur, facit, atꝗ adiuuat. Et hoc nobiſ
cum agit gratia dei, per IHESVM CHRISTVM dominum
noſtrum, non ſolum præceptis, ſacramentis, exemplis, ſed eti
am ſpiritu ſancto, per quem latenter diffunditur, charitas in
cordibus noſtris, quæ interpellat gemitibus inenarrabilibus
donec in nobis ſanitas perficiatur, & deus, ſicut eſt vidend⁹,
in eterna veritate monſtretur. Quiſquis ergo fuiſſe vel eſſe
i hac vita, aliquē hoīe, vel aliquos hoīes putat, excepto vno
mediatore dei & hominū, quibus necīa nō fuerit remiſſio pec-
catorū, cōtrarius eſt diuinæ ſcripturæ, vbi Apl̄us dicit, per v-
nū hoīem peccatū intrauit in mundū, & per peccatū mors, &
ita in oēs hoīes pertranſijt, in quo oēs peccauerūt. Et neceſſe
eſt, vt impia cōtentione aſſerat eſſe poſſe hoīes, qui ſine medi-
atore CHRISTO, liberante atꝗ ſaluante, ſint liberi ſaluiꝗ a
peccato, cū ille dixerit, non eſt opus ſanis medicus, ſed male
habentibus, nō veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Quiſquis
autē dicit, poſt acceptā remiſſionē peccatorū, ita quēꝗ homi-
nē iuſte vixiſſe in hac carne vel viuere, vt nullum habeat oī-
no peccatum, contradicit Ioanni Apoſtolo, qui ait. Si dixeri-
mus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & ve
ritas in nobis non eſt Non enim ait, habuimus, ſed habem⁹ Qꝫ
ſi quiſꝗ aſſerit de illo peccato dictū, quod habitat in carne mor
tali noſtra, ſecundū vitium, quod peccantis primi hoīs volū-
tate cōtractū eſt, cuius peccati

De ijs qui nego
tiationib⁹ opeꝝ
gratiā parare p̄-
ſumunt vide Au
gu: clare ſo. 70.

Subtiliter cum

Iuſtus pctō va cās ſuperuacue pcatur vt remit tātur ſibi debita

Sed videat quid agatur de dominica oratione, vbi dicit, dimit te nobis debita noſtra: quod niſi fallor, non opus eſt dicere, ſi nūq̄ vel in lapſu linguę, vel in oblectanda cogitatione, eiuſdē peccati deſiderijs, aliquantulū conſentiremus, ſed tantummo do dicendum eſſet. Ne nos inferas in temptationem, ſed libera nos a malo. Nec Iacobus Apoſtolus diceret: In multis offen dimus omnes. Non enim offendit, niſi cui mala cōcupiſcentia, contra iuſtitiæ rationē, appetendo ſeu vitando, faciendū, vel dicendum, vel cogitandum, aliquid quod non debuit, ſiue fal lens, ſiue pręualens perſuadet. Poſtremo ſi excepto illo capite noſtro, ſui corporis ſaluatore aſſeruntur, vel fuiſſe in hac vita vel eē aliquos homines iuſtos, ſine aliquo peccato, ſiue nūq̄ cō ſentiendo deſiderijs eius, ſiue quia pro nullo peccato hadēdū eſt, quod tantum eſt, vt hoc pietati non imputet deus, q̄uis ali ter ſit beatus ſine peccato, aliter autem beatus, cui nō imputat dominus peccatum, non nimis exiſtimo reluctandum. Scio enim quibuſdam eſſe viſum, quorum de hac re ſententiam nō audeo reprehēdere, q̄q̄ nec defendere valeam. Sed planæ quiſ quis negat, nos orare debem⁹, ne intremus in temptationem, negat autem hoc, qui contendit ad non peccandum, gracię dei adiutorium non eſſe homini neceſſarium, ſed ſola lege accep ta humanam ſufficere voluntatem, ab auribus om nium remouendum, & ore omnium anathema tiſandum eſſe non dubito.

Diuerſa ſunt eē ſine peccato & nō imputari pctm̄.

Sola lege accep ta nō ſufficit vo luntas ad non peccandum.

¶ Explicit liber beati Auguſtini Epiſcopi, ad Eu t[illegible]opiu & Paulum Epiſcopos, de definitionibus quæ dicuntur Celeſtij, vel aliter, de perfectione iu ſtitiæ humanæ.